id a Marsilio phicino optime effectũ cõstaret: q sua in Theologia pulcherrime cõmõstrauit functionẽ omnẽ ac motũ ĩ uirtutẽ quãdã et speciẽ corpori sup additam seu corpore ipso pstãtiorẽ referri debere. Nam suopte ingenio corpus actionẽ potius impedit q̃ cõcinnet. Ita q nullatenus: quæ corpuscula isti effingũt rerũ primordia esse queunt. Igit nõ hũc nõ alios mũdos adstruere potuerũt: quãdoqdẽ motus exptia sint. Perypatetici uero simul et platonici unicã dũtaxat mũdi haberi machinã existimarũt. Platonici qdem q unũ ẽ exẽplar intelligibilisq mundus: unde hic sensilis effluit atq emanat quemaomodũ Plato in timeo attestat. Perypatetici aũt q uniuersa materies huius machĩæ limitibꝰ clauditur et cohibetur. Si enĩ extra nostrũ orbẽ pars aliqua materie haberet: cõfestim ĩ hũc prueret atq decideret. Nã si alrũ mũdũ effingas: is qdẽ et suis elementis cõsistere debet. Itaq si graue quodlubet in centrum ac meditullium fertur: profecto illius mundi tellus in hanc de repente cõmigraret: aut hæc ad illam subito tenderet. pariq ratione de aliis elementis constituendũ. ĩ idem enĩ uniuersam tellurem et quãuis eius portionẽ ferri necessarium est. quando eadem natura ac specie cõstãt. Nõ enim mouent elemẽta ex sui ingenio orbiculariter : ut platonici cõminiscunt. quod Aristoteles libro prio de celo egregie cõmonstrauit. Quãuis et qui Platonẽ adamant: demonstrationes illas se labefactasse confidant: et pertinaciter glorientur.

20

Adſtruit et alias Ariſtoteles ratiões: q mundi unitatem aſſerat: quas nos cõſulto miſſas facimus cũ preſertim hæc docere haud pſentis negocii ſit. Sed fortaſſe in talia diuertiſſe et tumultuario intellectu delibaſſe non fuerit alienum uel propter uulgatã atq; inſignẽ de mũdo quæſtionẽ. q ſane unus eſt/totus in toto/ imo ipſe totũ: quãdo ultra hunc mente egredi furor ſit. Hic cõſultiſſima æternaq; ꝓuidentia regitur: quod ex irrequieto atq; ordinatiſſimo cæli ambitu ſuſpicere et cõiectari mortalibus datũ eſt. ab hoc omnia rerũ genera indiſſolubili nexu tenent. atq; hæc qdem aurea illa ẽ Homeri cathena: de qua et Macrobius meminit: qua cũcta ab eminentiſſimo uſq; ad ultimã rerũ fecem ideſt materiẽ informem dependere ſignificat. Neq; uero hic epycureus aliquis noſtri generis imbecillitatem deplorãs numinis curam atq; opam pneget. Nam dũ Manus et cõſilium dedit: omnia dedit. Quadere nõ temere a trimegiſto illo priſcorum philoſophãtium callentiſſimo prouidentia humani generis nutrix exiſtimatur.

Liber ſecudus Explicit.

RAPHAELIS FRANCI FLORENTINI IN Librum tertium Lucretii de rerum natura Paraphrasis.

P ROPositum præsentis negocii est: ut de anima disseramus: Est enim perpēsio hæc non magis ardua et difficilis: q̄ pulchra atq; opportuna cum præsertim haud possimus celebratissimo illi oraculi mādato parere: quod est nosce te ipsum, ni probe ac nauiter cōptam exploratā/ q; teneamus animæ naturam. quom enim tum quippiam nosse dicamur: quando ea propter quid sit indaga/ uerimus (est autem homo ꝓpter animam id quod est) ergo non sine huius cognitione nosmet cognoscere ualemus. quemadmodum et alexander aphrodissæus op/ time cōmonstrauit. Est igitur huiuscemodi contemplatio mortalium generi maxime conducibilis: Etenim ꝑ unā hanc felices euadere possumus. Est præterea et minime facilis: neq; dum satis rationis examine pensiculata: Namq; non de nihilo ambigit̃: an anima ipsa oriat̃: an contra ingenita æterna atq; imortalis sit: et nobis nascentibꝰ insinuet̃. Ad hæc indiscrimen agit̃: utrum nobiscum morte dirempta intereat: uel in obitu ipso euadens tartarane ubi cruciet̃, contendat: an pecudes alias diuinitus insinuet se: sicuti pythagoricorum opinio inualuit: quos quidē secuti sunt zenocrates/ Speusippus/ Numenius atq; plotinus: q irrationalis quasuis aīas immortales cōstituūt. at uero porphyrius ꝑculus et alii ex

21

platonicis cōplures: huiuscemōi irratiōalē naturā sempi ternā haberi pnegāt: quom neq; uera aia sit: Nā nec uera essentia est: quādoqdē p se haud existat: nō.n. qppiā seorsū exercet: quom nō sine corporis istrumētis aliqd agat. Neq; rursus uera habet uita: quoniā libertatis motiōe priuat: Nō.n. a semet ducit: Sed ui trahit ab his rebus: quæ sensibus adigunt: uerū hoc īfra pscrutabimur In præsentia nostrum pergamus opus cōtexere.

P Rincipio igit aium seu aiam (nā idem utriusq; noie iaudiri uolumus) esse hoīs ptē statuimus/ sicut et cætera membra. Tāetsi pmulti extitere: q censuerit/ nulla sane i corporis pte locari situariq; animā: uerū habitū quendā et pportionem atq; armoniā existimarūt. Etenī ultra corpus uirtutem quādā et q̄litatem effingūt: quæ qdē p se i loco aut existat. qd genus est bōa corporis ualitudo: quæ cū īsit/ nusq̄ tamen p se esse cōcipit. atq; id qdem/ quātū a uero distet/ pgamus iā planū facere. Primo itaq; uidere est hoiem corporis morbo laborantem/ aīo tamen lætari: atq; rursus mente anxiū corporeis affici uoluptatibꝰ. Sicuti usu euenit ut quodpiā e nostris membris cruciet: quom iterim cætera minime doleant. Ergo aia ipa pars aiantis habet: ut pes/ caput et reliqua id genus: quādoqdem seorsū ab aliis ptibꝰ lætari atq; angi assoleat. Præterea ex eo coniicias aiam nō esse corporis armoniā: qp.s. e cūctis mēbris æq̄biliter resultaret. At uero cernere ē ablata nobis bōa magnaq; corporis portiōe uitā tamen et aiam nō aufer

22

ri. Rursusq; fit: ut quom modicus aer p os diffluxetit: cõfestim sequat iternities atq; discidiũ. Q d pfecto nullatenus ꝯtigeret: si aia corporis armõia afforet: ppterea quoniã oẽs ex æquo ptes uitã atq; salutem cõcinarent. Q d ꝯtra fieri multorũ exitio pdocti sumus. Digressio.

a Rgumenta uero hæc hisq; similia/si qd põderis habent/ dũtaxat ostendũt Aiam nõ haberi corporis armoniã ipso a corpore cõstitutã cõtra aristoxeni et dicearchi sententiã. qd etiã et Plato sæpius docuit. At uero i timeo illã ꝯcentũ atq; cõcordiã appellitauit suarũ. s. ptiũ i se manentem et ex se corpus cõtẽpãtem. Verũ si q hæc exqsitius et i plenũ nosse auent: relegãdi sũt i his cõmentariis: quæ Marsilius Ficinus in platonis Timeũ elegantissime cõmuniuit. Nobis in p̃sentia monuisse et monstrasse locum sat sit.

a Nimus atq; aia i unã naturã coeũt. uerũ aius ipse: q et cõsiliũ et mens dicit/caput et priceps in anima habetur. atq; ideo in corde permanet: hic enim omnes eius affectiones fluctuant inhærentq;. at reliqua anima: quæ nutu arbitrioq; animi agitat/ p totum corpus dissita est. Atqui animus ipse sibi et dolere et lætari solet: Sæpius enim ægritudine gaudioue afficitur: quom tamen interim anima corporis dimensu protensa nullatenus angitur lætitiaue gliscit. At uero si ultra modum ægrotaret animus: eius quoq; morbus per corpus atq; animã transferret. quod genus est/ ubi formidabilem et atrocem aliquã cladem impẽdere no-

22

bis opinamur/Toto corpore perhorrescimus/contremi
scimus/impallescimus. At cõtra quom uoluptatem ali/
quam insignem: aut compendium magnũ ad nos spec
tare instareq; credimus: fidentes/hilares/gestibũdiq; red
dimur. Quo fit: ut hinc etiã sumere possis corpoream
existere animi animeq; naturam: quod enim propelle/
re corpus potis est/corporeum sit oportet. Adde etiam
ꝙ contra corporeis telis afficiat̃ et animus. quemadmo
in sequentibus affatim ostendemus.

a Tqui si animi animæq; naturam contempla
bimur. Siq; motum et agitationem eius ꝑpẽ
derimus. profecto e læuissimis rotũdissimisq;
ac minutissimis athomis compositam iueniemus. quan
doq̄dem cũctis aliis rebus celeritate ãtistet. Præterea id
quoq; huic fidem facit: ꝙ cũ naturæ concedit animal
nil sane de corpore ipso delibari uidet̃. queãdmodum
ubi odorẽ poma exalãt. nihil utiq; ad sensũ deterit̃ mi/
nuiturue: ꝓpterea q̄a quæ simulacra de pomis affluunt
egregie subtili ꝑdita sunt natura.

u Erũ nõ simplex: sed quadrifaria est animi aïæ/
q; tempies: cõflat̃. n. aere/uapore/aura/et q̄dã ꝑ
terea re adhuc nomenclaturæ exꝑte. qua q̄dem
re nec uelocius aliq̄d nec ꝑsentaneũ magis ĩ aïa repit̃.
Hæc itaq; innominata natura primo sensiferos ꝓcreat
motus/Nã et ipsa primo mouet̃. Inde calor seu uapor.
Nam idem duabꝫ his uocibꝫ Lucretius inaudit. ab hoc
deiceps aura motionẽ excipit. Postremo genuinus inat

tusq; aer. Igit hac ratione per animantis membra mo-
tus rigantur: hocq; pacto delatio in animali absoluit.

Oeūt aūt i unā eādēq; naturā quatuor hæ res.

c Nā. s. ipsarū primordia iter se alternis iserta cōti-
nēt: adeo ut nihil eorū: quæ aiam ipsā ɔficiūt / se-
orsū secretū appeat: neq; rursus facultas aiæ aliqua spa-
tio discrimiet. uerū cūcta semia ceu unius corporis ha-
bent: quēadmodū i cuiusuis aiantis natura ɔspicari dat
plura rerū genera unū idēq; corpus cōficere: q̄ tamen i
loco cōmūicare uisunt: ut sapor / color / odor etcætera id
genus. Sed qđ dicimus primordia illa i loco cōicare: in-
telligi uolumus adeo iterse disposita atq; iserta teneri:
ut nusq̄ aliqđ secretū appeat. Pari rōne caliditas ipsa
genitalis aer / uētus / et inoiata illa res aiam cōficiūt. Cæ-
terū hæc natura nois exps q̄si totius aiæ aia ē. qa. s. pri-
ceps et caput. atq; adeo ab reliq̄ aia cohibet: sicuti no-
stro a corpore uniuersa aia. Necesseq; ē ut q̄tuor hæc e-
lemēta alternis dissita sint: qa. s. aliđ subsit atq; recedat:
aliud rursus emineat emergatq; adeo ut ab oibꝰ unū cō
fieri uideat. Qđ qdē nisi ita sese haberet / aer / uentus / ca-
lor / et quarta res / sensuū omne tēpamētū dissoluerent.

e X his uero elemētis discrimē i aiantiū moribꝰ pfi-
ciscit. Nā q plus de calore obtinēt / iracūdiores na-
tura habent. q aūt magis aurā pticipāt / timidiores exi-
stūt. at illi qbꝰ aeris plurimū iest / pacatā atq; trāqllā ui-
tā uiuūt. cuiusmōi qdē humanū genus habet. Sūt. n. tā-
tulæ i aio nostro athomi adeoq; orbiculatæ et leuicatæ
atq; ita egregie iterse nexæ: ut ceu imortales dii et nos

23

æuo frui possimus. uel ob paruula naturarũ uestigia . i.
tenues et cõcines exactasq; seminũ dispossituras. huius/
mõi itaq; tẽpies uitã nobis atq; salutẽ ministrat. neq; ue
ro a corpe citra aĩantis pnitiẽ diuidi turbariue potis est.
ita geometrica rõne corpis aĩæq; primordia iterse se ne/
xa cõtinent. Nã ueluti q̃uis aĩaliũ fũctio absq; aĩa nul/
latenus absolui durareue põt: Sic itidem seorsum ab a/
nima corpus dissipatur et diffluit.

s Ane q ex se corpus sẽtire abdicãt: q q; aĩam cor
pori ĩmixtã ĩde sẽtiẽdi facultatẽ sortiri dedicãt:
bono id qdẽ piculo faciũt. uidere. n. ẽ: quom abscedit
seu dissipat aĩa ab aĩantiũ mẽbris/ simul et sẽsus oẽs au/
ferri. neq; rursus aĩa pse sentire potis ẽ: nõ. n. sẽsoriis ita
fũgit: ut p ea ceu fenestras aspiciat olfaciatue: ppterea
qa ubi fulgida nimis oculis adigunt/ uisio obtutusq; ĩ/
pedit. qd nõ ꝯtigeret si animi fores existerẽt. adhoc sub
latis recisisq; oculis ceu fenestris/ melius pfecto et expla
natius uidere possemus. qd oĩno cõtra fieri testat uisus
Simili rõne de aliis aĩæ sensoriis atq; organis cõstituẽdũ
est. Quapp omnis nostra uis ex anima simul et corpo/
c re corrogat et coalescit.

Aeterũ cõfutãda nobis democriti de aĩa sñia: q as
serit singula aĩæ corporisq; primordia alternis apposita
nectere discrimiareq; artus. et unũqdq; corpis semẽ suo
uicissim adiũgi aĩæ prĩcipio. hacq; athomorũ serie uni/
uersæ aĩantis cõflari et cõmũiri naturã. Qd pfecto mi/
nime cõgruit: nã cũ lõge exiliora et minutiora sint aĩæ
elemẽta: q̃ ea: qbꝰ corpus adstruit/ pauciora quoq; exi/

stãt opꝫ. Ideoq; rarius p mēbra disposita maiores mea/tus et maiora iteruالla efficiūt. quo fit ut iter duo q̄uis aiæ primordia/ pmulta corpis semia cōtineāt. qđ uel id etiā docet: quoniā neq; pulueris adhæsū: neq; pulicū cu licūue prios ictus sētimus. nimirū qa corporis nostri cor pora/ cū plura et maiora existant priusq̄ animæ atho/mos cieri atq; agitari oportet.

¶ Ane aius et ɔsiliū magisq̄ aia i corpore domiat.

Eteni absq; aio neqt ulla aiæ ps i aialibɔ pmane/re. At cōtra sine aia/ uel maxia eius pte/ cōmorari assolet aius ipe. Nā abscissis laniatisue aiantis plurimis artubus seu etiam labore et morbo prosternatis et ceu defunctis nihilominus inuita restitat.

Age modo id doceamus/ quibus de causis aius seu aia (nā idiscrimiati đ utroq; tota hac disputatiōe loque/mur) generationi et morti deuiciat. Pricipio quoniā mi nutioribɔ q̄ fumus ac nebula athomis adstruit aius/ dis soluat et ipe piter et euanescat necesse ē: q̄doqdē tenui magis cā agitet. Videre. n. ē mentē ipsā a fumi seu nebu læ imaginibɔ: q̄ ad nos cōmeāt/ ubi forte tale qppiā sō/niamus/ cieri atq; ipelli. nō. n. dubiū ē: qn ea: q̄ ab oībɔ rebɔ simulacra diffluūt exilioribɔ qdē cōstēt seminibɔ: q̄ illorū natura atq; subiectū: aquo obiter differteq; uul go emanāt. quom igit huiusmōi imaginibɔ moueat aia fumus aūt ac nebula suis spectris minime ipellāt/ pfecto tenui magis et fluxo tēpamēto ɔpoit. quadere i sua pri/mordia dissoluat et abeat necesse ē. et ueluti q̄ssatis ptu sisq; uasis frigida ois diffluit: sic itidē et aius/ quom pri

24

mũ suo corpe qđ ceu eius uas cõstitit / ãplius uel morbo uel senio uel uulneribꝫ affecto cohiberi neqt / penitus a/ boleť i nihilũq; migrat seu potius i sua pricipia remeat. neq; uero si đ corpe abscederet aia circũfluo aere cõser uari ĩ uitaq; retineri potis eẽt. q. n. aer nostro corpe uel quassato rarior et ꝑ animi uehiculo icõcinior ipm co/ hibere conseruareq; poterit? cum corpus hoc nequeat.

Id quoq; fidẽ facit natiuã et mortalẽ hẽri aĩ naturã: quãdoqdẽ simul cũ corpe crescit atq; decrescit. Nã quẽ admodũ puerũ aspicimus ꝯsilio atq; opa adolescẽte iã i/ beciliorẽ: rursusq; crepos senes firma ætate uiris sapiẽtia cõcedere: ita ẽt minui augeriq; aiam dicẽdũ ẽ: et pari pe de ad ortũ occasũq; corpis nasci atq; iterire: quãdoqdẽ ipo a corpe depẽdeat: Itẽ quoniã ægrotat aĩus uariisq; doloribꝫ afficiť / icoruptus et imortalis hẽri neqt. Nimi rũ qa ubi morbo ãgiť / si ualidior doloris cã igruat: ꝑfec to ægritudini succũbet discidiũq; patieť. Adhæc cũ deli rat desipitue aĩus: eius utiq; primordia oppido disturbã tur. at ubi resipit / suas sedes suosq; meatus repetũt. uerũ huiuscemõi aĩ turbatio plerũq; ex affectiõe nr̃i corpis ꝑ cieť. Quare nõ poterit ulla rõne e mẽbris euadere. Itẽ si minus ꝑniciei obnoxius hẽreť: nullo utiq; pacto genita lia eius semia magnis iteruallis resilire: neq; aliq̃ đ corpe ipo recedere solita eẽnt: nã neq; trãsferri sibi ꝑtis: neq; tribui uult Immortale qđ est qcq̃: neq; defluere hilũ.

Atq fuerũt nõ nulli: q putarẽt cũ mẽbratim moriť aians: cũq; sẽsim đꝑdiť sẽsus / aiam ipsã ꝑtes ďiceps i unũ retrahere: hocq; pacto sẽsitiuã facultatẽ đ artubꝫ auferri

Verũeniuero ſinus ille ac locus: quo aiæ ptes effugiũt/ deberet utiq; alicubi appere: atq; iõ maiorẽ intẽſiorẽq; ſenſũ ſufficere et præ ſe ferre: cũ cõductior et ſtipatior i eo cõceptaculo exiſteret. qđ contra eſt. Nam tenuiſſi/ mus ſenſus corpori moribundo relinquitur. Quare mortalis aia et pniciei obnoxia ẽ. Neq; uero qppiã re/ fert/ obeatne diſpſa p auras: an cõtracta cõductaue ſuis i ptib9 obputreſcat atq; adeo extiguat. Præterea aia ip ſa nec tpis qdem momento i aere pdurare potis eſt. Et eni eius fũctio atq; officiũ haud citra ſuũ corpus abſol/ uitur et exercetur.

ſ Ane motus ipi uitales nõ magnis athomorũ ictib9 cõfiũt. At uero ubi diſiecta diſcipataq; fuerit huiuſcemodi aiæ et corporis cõiũcta facultas / p/ culdubio ſentire aius haud poterit. ppterea qa ſemina gẽitalia quom adeo diſiecta fuerit/ ſẽſiferas plagas exer cere neqbũt. Præterea ſi nobis aius imortalis foret/ non tã miſerabiliter i obitu ipo 9quereret. Quin potius ue ſtẽ/ ut ãguis/ depõere et uitã iſtaurare apprime gliſceret atq; geſtiret. Adhæc quoniã nõ temere i pedib9 ac ma/ nib9 mẽtis natura abſoluit: ſed certa i certa ſtatutaq; ſe/ de/ puta capite ſeu corde: multo utique magis ſine ſuo corpore reperiri minime poterit.

c Aeterũ neq; diuidit ſcidit ue aia ab internitie ac nece euadẽs. qͥuis. n. uiuere ac moueri abſciſſi ac ctus uideat: nõ tamen iccirco unũquẽq; ſeorſũ ppriã at q; itegrã retinere naturã dicendũ eſt. alioq plures atq;

25

adeo īfinitæ ī aīante una existerent aīæ. Nā anulosa aīa-
lia ī īfinitas ꝑticulas diuidi assolent: quæ q̄dē oēs tātisꝑ
uitā degūt. Verūeniuero q̄d in frustello ac trūco prin-
cipiū uitæ habet nō aīa: sed aīæ portio est. Itaq; uel hac
de causa neq̄t aīa īmortalis existere: Nā quod scindit et
partes discedit in ullas: Scilicet æternam sibi naturam
abnuit esse.

P Ræterea si īmortalis aīa est et nobis nascētibꝫ in
sinuat: quærere par ē: cur īnumerabilibꝫ trāsac-
tis seculis reminisci nō possimus et nos alias de
fūctos ac natos: et uaria īfinitaq; uitæ munera obiisse.
Q̄d si gestarū a nobis rerū memoria deleta: siq; tātoꝑe
animi natura īmutata ē: ut sui meminisse nequeat: ꝓfe
cto natiua et mortalis existimari debet: Nā huiuscemōi
rerū obliuio haud ualde a morte discrepat. Neq; uero
pōt asseri aīa initii ꝑticeps et discidii simul īmūis. Qua-
ꝓpter cōfiteare oportet: quæ nūc aīa existit sæpius ī hāc
lucē uenisse et recessisse. Præterea si absoluto corpori
īmigrat tūc: quom gignimur, nō ꝯgruit: ut simul cū cor
pore augescat: et simul functiones cunctas exerceat.
Verum opus foret ut seorsum sibi uelut in cauea uiue-
ret. Quod nulla utiq; ratione defendi potest. Nam si
id esset membra sensu ac uita priuata existerent: quoni
am non posset anima eodem tempore diuersis locis ꝑ-
sto adesse. Quocirca mortalis et natiua habet. Quod
si extrinsecus accederet, nō adeo arcte uisceribꝫ ossibus
neruis, uenisq; et carnibus adnecti disꝑtiriq; potuisset.

Verū ſiqs forte exiſtimaret:animam deforis inſinuatā per noſtros arctus / ueluti cibum/permanare:nihilominus īmortalem defendere ac tueri nequit. Nam cum cibus per membra penetrat /mutatur utiq3:et genuinum ingenium amittit.alioqui nutrito haud quaquam coaleſcere ualeret. Quapropter immutatio hæc tam a morte diſcrepat: q̄ id quod maxime accedat : ac potius uel ipſum exitium habeatur.

a D hæc quærimus ab his:qui animam immortalem faciunt:utrum in obitu ipſo ſua in cadauere ſemina relinquat:unde ſcilicet tot uermes in uitā prorūpant:an uero ītegra ſinceraq3 de corpore recedat . Itaq3 ſi ꝑtes aliquæ aīæ in cadauere reſtitāt:nō poterit nō mortalis cōſtitui.at uero ſi illibata ex hac uita migrat:tūc illos ꝑcunctamur/undenā tot aīarū milia illic ꝯueniūt:unde una abſceſſerit. Inſuꝑ quærere par ē: an unaquæq3 uermis aīa ſuū ſibi corpus fabricet:an ꝑfecto iā et abſoluto īmigret. At perridiculū ē īmortales et ab omni materiæ fece atq3 diſpēdio exolutas aīas morboſis et mortalibus membris:quorū cōtagia haud euitare ualeāt/ultro īſinuari.neq3 etiā uel hac de cauſa ſua adſtruēt corpora:q̄ ſibi tot īcōmoda ægritudineſq3 cōcilient. Quin etiā ſi utilia animis corpora effingamus:nulla tamen ratio ſeu uia apparet:qua arctus fabricari et adnectere ualeant.

Præterea quanā de cauſa quodq3 animātiū genus ſuos generatim mores retinet:niſi qa a patribus dat̄ illiuſ

modi humor: ex quo hæ affectiões emanēt: atq; una cū corpore coalescāt. Qđ ni ita foret pmixtos temere mores animātia sortirent. Quo fieret ut canes ceruis ꝓfugarent: et colūbis accipitres pdæ euaderent: q.n. potius hi/ q̄ illi uenabundi suopte ingenio existūt? Cæterum nequicq̄ occurrunt asserentes īmortalem qdē aīam haberi: sed i alio atq; alio corpore alios atq; alios mores ostēdere: qꝫ.s. mutato corpore mutet et ipa. Verū si ita esset dissolutioni atq; exitio nihilominus foret obnoxia: quoniā mutata parctus. tantope amittit uitā sensumq; priorē. Adhæc cur Animā a corpore flecti asserāt: neq; tamen cōcedāt e corpore ipso cōiūgi et cōmuniri i aīa facultatem ac mores / haud satis uideo.

e Aeterū: q aiūt migrātes hoīnū ex hac uita mentes nō īdiscriminatim quæuis corpora: Sed dūtaxat humana īgredi: nostros itidē aculeos declīare minime possunt. quæres. n. cur mēs e callida et sapiēti/ stulta atq; īsana euadat. cū psertim (ut cernere ē) prudēs existat puerorū nemo. Deniq; qd est: qđ aīam e senectis ægrotisq; membris exire īpellat? an forte ueretur ī putri lāgdoq; corpore pmanere? ne. s. senio fatigatū / ceu domus uetusta obruat? At nō sunt īmortalis ulla picla. Postremo q̄ maxīe discrepat ex æterno et caduco simul naturā unā coalescere et cōmuniri: cū nihil sana repiat duabus his rebus dissentaneū magis aduersius atq; pugnātius / et qđ aientibus dicit / dispatius.

LIBER TErtius Explicit.

RAPHAELIS Franci Floren. de animi immortali tate appendix.

o Pere præcium facturi uidemur si nocuã et be cillam epicureorum de anima sententiã repu diauerimus: Siq3 nostrũ genus ueri luce adhi bita a ꝑpetuis tenebris et sempiterna morte assertũ fue rit. Quapropter cõmodissimum initiũ fore opinamur nõ nullas peculiares platonicorũ ratiões primo recẽsere atq3 explanare: Deinceps pypateticorum siue ꝓpriæ eis sint: siue a Platone mutuati fuerit. Tertio uero loco lu cretianis cauillis obuiã ire. Quod si exqsitissime id et absolutissime minime ꝑstiterimus: cõsulto et data opa facimus: nõ.n. possunt intima phisiologiæ penetralia: his qui in naturalibus haud initiati sunt: quos eqdem nostri lectore speramus penitus aperiri atq3 cõmõstrari Alioq̃ supfluo huic scientiæ tãtope inuigilassent maio res nostri. Illud omnio diligẽtissime et religiose etiã ac curabimus apte et explanate de hac re ppensionẽ istrue re: et nostrã igenue ꝓferre sentẽtiã. cũ n. sẽp digna res hoĩe est: ne a mente uerba dissentiant: tũ id maxime ĩ rebus obscuris et creperis obseruãdũ: quo ea: quæ sucp te ingenio remota et recõdita uideantur uerbis illustri bus et q̃ maxime põt declarãtibus uẽdicent a tenebris.

Assertio ĩmortalitatis aĩe: quoniã ex se mouet.

u Vlgatissima et iactata apud platonicos ratio est quam Plato ĩ phedone cõscripsit. Ea uel hac for

27

mula annectit. Anima ex se mouetur. Quicquid ex se mouetur semper mouetur. Igit anima semper mouet. At uero si semp mouet, ingenita, incorrupa, sempiterna et imortalis constat. Verum uti clarescat quomodo anima ex se agitetur, altius exordiendum est. in naturæ ultima sede corpus seu materia ponit. quæ pro stragulo et lectisternio passionibus est: quæue nihil ex sui ingenio agit: sed dumtaxat patitur et afficitur. Quare primum ab alio mobile suapte natura existit. Sup hoc uim quandam efficacem uidemus. cuiusmodi sunt qualitates. idest formæ omnes materiæ dimensu protensæ. atq; et hæ quidem ab alio moueri assolent: tum quia oriũt et occidunt: Tum quia ab anima imutantur. quod uel in nobis experimur animi curas qualitatũ temperamẽtum afficere. Cæterum neq; huc, cum peruenit natura quiescit receptuiue canit: Quoniam huiuscemodi qualitas ad fluxum et materiæ inconstantiam fluctuat et uacillat. ab alio igitur eminẽtiori dependet et cõseruatur. Nam (ut Plotinus ait) dimensio et qualitas uanissimũ quippiam est: et quantulũcũq; existit, totum pro mera passione diiudicandum: Etenim dimensiones suopte ingenio infinibiles interminatæq; habent. At uero materiales formæ nil sane aliud: q̃ umbratiles atq; labentes materiæ affectiones: ac ueluti eminentium arborum in torrente simulacra undarum impetu itidem fluitantia Quocirca uirtus quæppiam qualitatum seruatrix con/

uincitur: quæ illas natura suis in partibus extensas adu
niat. atq; hæc quidem uirtus materialis haberi nequit
alioqui haud hoc præstare potis esset: quom et ipsa obi
ter (quod ipsius ferret ingeniū) diffflueret: et discidiū as
sidue moliretur. Hæc igitur rationalis anima est: quam
perinde irationalis uis comitatur: Sicuti corpus umbra
insequi solet. Nam huiuscemodi natura idolum potius
et animæ simulacrū q̃ anima nuncupanda ē. ipsa igit̃
tertia: quam probauimus / essentia / mobili cuiuis exor/
dium motus existit: ne in his: quæ agitantur / in infini/
tum temere discedatur. Itaq; si primum mouens cunc/
tarum rerum habetur: moueat̃ et ipsum necesse est: Et
enim effectus causæ similitudine semper et cognatione
respondet. Quapropter si qualitates et irrationales potē
tiæ mobiles sunt: anima: aqua emanant / mobilis habea
tur oportet: aut / quod maxime discrepat / opera suo agē
ti dissimilia constent. Igitur primo et ex se mobilis ani
ma rationalis existit. Cæterū nō de nihilo ambigas quo
namodo anima ex se agitetur: quom simplex idest non
ex forma et materia cōposita cōpactaq;: sed mera ethē/
lechia habeatur. Namq; ab Aristotele commōstratum
est: quom aliquid ex se mouetur / id a gemina natura p̄
stari forma scilicet atque materie. Exempli gratia ubi
animantes progrediuntur: quod illas mouet / anima est
at passiuum principium quo agitantur / materia. Pariq;
ratione fortasse etiā i elementis cōtingit: quod. n. ignē

28

ſupiora uerſus ciet: forma eius ac leuitas ē. Natura uero quæ motū illū excipiat; materies ipſa termino et ſpeciei ſubiecta/qua ſubiicit̄ et cohibet̄. Quō igit̄: q̄d ſimplex ē/ex ſe agitari qs aſſerat? Sed ſoluit̄ et ne ꝓpterea tumul tuemur: rē exēplo dilucidabimus. Motū ī aīa appellant platonici rōnē et uim: qua alia ſubīde moueat. quēad/ modū ignis cætera calfaciēs: primo ī ſe calet: actūq; illū ſubſtinet. Itidē aīa corporibus agitatū ꝓſtās prius illū ī ſe natura obtinet. Neq; uero motus is intimus diſcreta quæpiā res ab aīa ſiue eius potētia eſt: ſed ipſa plane aīæ eſſentia ſeu facultas. Quo fit ut q aſſerāt ab Ariſtotele aīam endelechiā cōtinuūq; motū exiſtimari bono id q dē piculo dedicēt. Etenim ipa(ut ille īqt)actus primus corporis eſt. at uero actus primus: nil niſi poteſtas qua functiōes exerceat/intelligit̄. quæ poteſtas ab aīæ eſſen/ tia nuſq̄ abit: nā ipſa plane eſſentia ē: ideoq; iugis et cō tinua eſt. Itaq; nihil refert: ſi aīam ꝑfectihabiā: ſiue mo tū appelles: dūmō motus nota actū agitatūq; intimū in audias: Nā et motus ꝑfectionē ſignificat: ut quom dici/ mus ſenſus a ſenſilibus generibus moueri: eos utiq; ꝑfi ci et abſolui ītelligimus. quo ſignificatu utit̄ etiā Theo phraſtus ī his libris: qbus locos tractat ab Ariſtotele an te tractatos. cū. n. de intellectu agēte īdubitaret/iqt. Si cōgenitus ſemꝑ ergo et iāīde ab initio protinus moue/ ret. et paulo īfra. Si īcorruptus: īhærēs uero aut adſiſtēs quom ſit: cur nō ſemꝑ mouet? Quocirca motū ī aīa ap pellamus inteſtinā et primā ꝑfectionē. at q̄d ꝓbat Ari/

ſtoteles nihil omninō ſimplex ex ſe agitari atq; animā prorſus immobilem. Verum id quidem: ſi ad motum ſecundarium et ſenſilem ſpectes. Sed uidetur ſane hic ueterator actum illum intrinſecum ſe cognoſcere diſſi/mulaſſe: qui unus ad patronicium platonice ſecte relin quit. Sed denuo uideamus atq; eſtimemus: quā platoni cam demonſtrationem initio communiuimus: fortaſſe enim ut ignis atritu ſilicis crebro: ita frequenti tractatu illiuſmodi uerborum elicietur aliquādo elideturq; rata et conſtans euidentia. Ea ratiocinatio hoc modo īſtru/ebatur. Anima ex ſe mouetur. at quicquid ex ſe moue tur: ſemper mouetur: Nam ſcilicet a nullo alio exordiū agitationis ſortitur. Ideoq; initii et obitus expers. Erit igitur quom moueatur ſemper anima īmortalis: quādo quidem nuſquam a ſe deſeratur. Sed iterum perpenda mus dilucidemuſq; animam ex ſe agitari quid ſit altius itidem auſpicantes. Vltra citimam rerū fecē ideſt mate/riem informem: et qualitates: quæ dum aliud mouent ab alio quoq; cientur/declarant platonici expoſtulare utiq; naturæ neceſſitudinem ac ſeriem: quippiā in uni/uerſo reperiri: quod ex ſe agitetur: quodq; deiceps mo/tum aliis præbeat atq; hæc quidem ultramundana cele ſtiſq; anima habetur: et inſuper unuſquiſq; intellectus qui hominibus īſinuatur illi utiq; cæli numini atq; mo tori affinitate cōiunctiſſimus. hancq; rationalem eſſen tiam mundi uinculum appellitarunt. Nam etiam edo/cuere mentium inueniri genus: quæ nec quidem ex ſe

29

moueatur: neq; rursus aliud agere seu impellere ualeāt ex hisq; unam dumtaxat existere mero atq; itegerrimo inacessibiliq; actu et simplicissima atq; absolutissima unitate pollentem: quam per se unum et per se bonum nuncupant · cæteræ autem mentes/licet et ipsæ immo/biles habeantur: multitudine tamen atq; potentia sine imperfectione a prima degenerant. Nam (ut philebus Platonis declarat) unum ipsum: qui et deus appellitat/ infiniti expers est. at res aliæ ex termino atq; ifinito cō/stituuntur. quod est omnia citra primum ex actu simul et potentia consistere. Id enim illis uocibus inaudit ter/mino quidem actum significans: infinito uero potesta/tem. Atq; hoc quidem de his rebus: quæ generantur et occidunt rminime dubitari potest: cum periculo con/spicemur: potentiam in rebus subesse: quæ illis discidi ū ac mortem portendat et præstet Cæterum nō simili ra/tione: de abstractis abiunctisq; a materia: enunciandū id asserendūq; est: sed quoniam dependens quodq; ab eminentissimo numen ab illo cui subditur: excolitur at/q; informatur: in ipsumq; ceu finem refertur: et inhiat et quo magis ab altissima intelligentia distat eo ampli/us multitudinem imperfectionem et potestatem sortit: quæ uero primæ monadi de proximo accedit/partius et remissius. Nam attestatur etiam Auerroes intelligentiā quamuis perfectissimæ substitain ex agente intellectu simul et possibili compositam. Etenim mens omnis ab/stracta: qua se intelligit: actus est: idemq; sciens scientia

et scitum qua uero aliud speculatur potentia definitur atq; ideo intellectio et intellectum ab intelligẽte discri/minatur. Verum cum supremum et ultimum numẽ se unum spectet et contempletur: haud numero et monade/ut cætera alia conflatur: sed uera simplex sinceraq; unitas est: cuius participatu cuncta distinctionẽ et unitatem adipiscũtur et retinẽt: a qua seorsum omnia eua/nescunt: et in nihilum proruunt. Atq; illud fortasse si/bi uult: quod in sacris legimus; et sine ipso factum est nihil: quod factũ. Sed plane hoc loco haud ab re fuerit si quã pythagorici entium partitionem diducunt: per compendia et confectaria recensuerimus. Itaq; hunc ĩ modum rerum genera diuidunt. Aliud multa habet: aliud multa et unũ: aliud unũ et multa: aliud rursus unũ multa. aliud porro absolute unũ. Multa corpus seu materiem nominant: ea de causa q͂ ad formas plures excipiendas affecta: et suo ingenio in infinitas partes diuisilis ẽ. At qualitatẽ multa et unum: quoniã ex se quodã/modo indiuidua constat: sed p corporis cui ĩmergit mixtionem in multitudinem abit. Aĩa uero unũ et multa illis dicitur: quod scilicet quamuis suapte natura haud materiæ contagio secundum substantiam diuidatur qa tamen multiplicem functionẽ sortitur: multitudinẽ et ipsa effugere neq͂t. Angelus aũt seu mens: unũ multa nuncupat: quoniã plura cognoscat et speculet. Verum illo ab anima discrepat: q͂ eius utiq; numerus imobilis est, namq; nõ fluxa et materialia sicuti anima: sed æter/

30

na semp̄ eadē intuet̄.ex his obiter claret pythagoricorū illud enigma a xenocrate usurpatum:quod est / animā haberi numerum se ipsum mouentem. Nam sicuti diximus:secundum functionem multitudo et quidem mobilis cōstat. Cæterum huiuscemodi pythagorea diuisio paulo dispari genere ac ratiōe posset haud sinistro omine perypateticorum institutioni accommodati. Etenim quod numen supremam et distantissimam spheram irrequieto ac peremni circuitu agitari deus et simplex monas nostris existimatur. At uero Platonis Pytagoreq; sectatores idem mundi animam opinantur. Sed hoc alio fortasse loco alioq; incepto disquite enucleabimus atq; digeremus. Hæc de motu animi: quo immortalitate præditus conuincitur/delibasse:sit satis.

Qđ anima ex se uita est:ideo īmortalis.

Rgount item Platonici animi nostri peremnitatem;q̄ ex se uita habeatur: nisi enim ex sui essentia uita constaret: non utiq; totum:quod in eo est / uita afforet. huiusmodi igitur natura animans potius q̄ anima nuncupanda esset quod quidem (ut cuiuis liquet)maximopere discrepat. Quod uero anima perse uita constet:testimonio ē:quia corpus: dū adest:uiuificat. Quapropter peculiaris ppriusq; eius actus uiuificatio habetur. Igitur essentia animæ uita conuincitur:quam sibi perpetuo quoda intimoq; actu

ministrat atq; uel hac de causa non poterit anima interitura et mortalis existimari: quando sua ope et beneficio subcenturiante: æternitatem adipiscatur. Hac ratione adducti xenocrates speusippus numenius atq; plotinus animam quamuis irrationalem etiam et alumnam sempiternam constituere. At contra Porphyrius et proculus id omnino abdicant et uoce exerta pernegãt. qđ quidem et in fronte de anima paraphraseos a nobis narratum fuit. Et enim bruta potestas nec uera essentia est nec uita. Non uera essentia quoniam per se minime subsistit: quancumq; enim functionem exercet: haud citra instrumenta corporis incohat. neq; rursus seria uita existimanda: quoniã motionis libertatis et arbitrii expers est. non enim a semet ducitur: sed ui trahitur ab his rebus: quæ sensibus adiguntur. atq; ideo complures Platonis interpretes illam non animam sed animationem appellitant: ac uidelicet naturæ intellectiuæ pedisequam. Cæterum hoc loco monuisse non fuerit alienum eos philosophantis: qui cuiusuis generis animas immortales autumant: secutos fuisse egyptios pythagoreosq; opinantes hominum animas mentes olim haberi in rationẽ ac sensum exide prolapsas: At brutorũ plãtarũue easdẽ quidẽ: quæ siue intelligendi ui orbatæ in sensum generationemq; ꝓruerint: seu intellectu ac sensu obmisso arbores herbasq; exornãtes in unam uegetatiuã facultatẽ cõciderint. Posseq; rursus existimãt eas deinceps ad supremum gradum et primum fastigiũ reme

are. Verũ cũ binis rationibus: quãs platonici cõsarciũt/ æternitatẽ animi cõprobarimus/ relictis aliorũ philoso/ phãtiũ argumentis: ad perypatetica iã descendemus: nõ enim consilium est inumeros recensere locos/ qui sentẽ tiæ nostræ fidem faciãt: sed quædã dumtaxat perstringe re atq; delibare.

Perypatheticæ rationes.

P Votidiano usu in nobismet experimur uirtu/ tem quandã haberi: quæ cuncta ĩtelligere atq; incognscere idonea sit: inq; idaginẽ: hãc suop te ingenio continenter incumbat. atq; hæc qdẽ mate/ rialis dissipabilisq; forma cõstare neqt. alioq aut semet reciperet: aut non omnia compræhendere nata esset. al terum qdem reclamat experientia: alterum uero q̃ ma/ xime dissentaneũ ac delirũ probabimus. qui enim fieri potis est: ut idem simul eodẽq; responsu actu et potẽtia sit? ni possibile detur idem simul esse simulq; non esse. quod enim potestate finitur/ eo utiq; actu caret: cui respectu illo: quem gerit/ reciprocet: cum igitur se in/ telligeret: seu recipet intellectus: potẽtia ad semet utiq; haberet. Namq; recipiens potestate semper et carentia dignoscit at uero si sui potẽtia est: profecto se ipso care bit. quod idem est si dicas existere quippiam neq; illud quod est/ existere. At fortasse dices/ quonam igit pac/ to hæc se uirtus cognoscet et speculabit? aut quomo/ do absolutio fiet? Sed facile rem enodabimus for/

marum distinctione corrogata et accepta.

Aliæ enim sunt de materia eductæ/materiæ itidem in/cubantes inhærentesq;. aliæ uero ab omni materiali ne/xu suapte natura imunes. Quæ formæ p subiectũ seu materiam constituunt. proprio ingenio singulares exi/stunt/actu minime intellectæ: sed dumtaxat intelligibi les: fiunt uero actu intellectæ a mente quadam et facul tate: quæ illud curat et pficit: et cui id muneris iniunc/tum est: ut per hanc q intellectus agẽs appellitaꝛ qđ sin gulare existit/uniuersali imagine intueri et conspicari possimus. At formæ illæ: quæ ex se abiunctæ separatæq; tam substantia: q̃ functione habentur: cuiusmodi sunt numina quæ cælos æterna et orbiculari cient/delatione/uniuersales actuq; intellectæ natura cõstãt: atq; idẽ in il lis est itelligẽs/intellectio et itellectũ: seq; p ppriã essen tiã speculanꝛ. At animus noster: cui itellectui possibili nomẽ ex potẽtia iditũ ẽ: licet et ipse secũdũ substãtiã ab iũctus sit: functiõe tamẽ diuiduus dephẽdiꝛ: ideoq; ex sui igenio se haud cognoscit. neq; rursus ut materiales formæ cognobilis est: ppterea quia cũ a materia imunis cõstet: neqꝫ ab itellectu illo agente in spectrũ uniuersa/le eleuari. Verũ ubi has species: quas intellectus agẽs si/bi demãdat exceperit: et secum ipse uersauerit: tunc p/fecto: quoniam suum actũ præssius ac diffinite cogno/scit: suã quoq; naturã: quæ mera possibilitas est/perci/piet: seq; uirtutem ac facultatem omnibus Theore/matis excolendam atq; exornandam enunciabit.

32

Hæc si ita se habēt mortalium animus quoniā materia-
lia cuncta cōpræhendit materialis esse haud pōt nā : ut
retro cōmōstrauimus / se ipsum recipet : et ꝓpria essentia
ex sui īgenio foret orbatus : ꝓpterea quia recipiēs a na-
tura recipiendi nudū inaffectūq; sit oportet : quoniā al
bū / qua albū est : amplius dealbare pōt nemo . pariq; ra
tione in cæteris omnibus accidit.

Ræterea si natiuus ac mortalis intellectus potē
tiæ haberet : ꝑfecto aut forma quæpiā elemēta
ris afforet : ut ignis aerisue : aut mixti species ali
cuius : quod genus est lapis aurū et cætera illiusmodi :
aut utiq; forma aliqua in materiæ mixtione ac tempe-
ramento cōsistens : cuiusmodi brutorū animātiū et plā-
tarū aīa existit. At uero neq; elementaris species haberi
potis est : tū quia eiusmodi qualitates animantis naturā
dirimūt : nō enim pōt anima ipsa / quæcūq; sit perinde :
atq; ignis calere : seu cum tellure æque frigescere. Tum
uel quia elementariæ formæ directo motu suū corpus ꝑ
cient : anima uero quælubet uel orbiculariter : uel omni
no haud recta delatione illam : cui materiæ addicta est si
ue assistens / ꝓpellit. quemadmodū in plantis et anima-
libus conspicari licet. Quapropter nequit animus ipse
tellus / aqua / ignisue / uel aer existimari. Neq; rursus ut la
pidis seu grādinis et cæterorū id genus / forma cōstitui :
quod qdem nos uisus edocet. Ná mixta huiuscemodi /
quecūq; illa sint / neq; sentire : neq; ullas : quas plantæ

et bruta functiones exercent / præstare potis sunt. Re/
stat igitur/ut sensitiua aliqua forma credi ualeat. Atq̃
id quidem in hunc modum improbat Themistius.
Nam si huiusmodi afforet:sensorio aliquo ut instru/
mento et organo uteretur:et formam sui generis aliq̃ p̃
se ferret. Cæterum neq̃ utitur instrumento quemad/
modum sensus utuntur:alioqui afficeret affectionibus
et qualitatibus instrumenti:quæ/q̃ semper hærerēt:cō/
iunctæq̃ cum actionibus eius omnibus haberent/impe
dimento essent:ne reliqua genera conciperet. cuius rei
in sensu exemplum perspicuum est. quamuis enim sen
sus non sit corpus: quia tamen sedibus et instrumentis
corporis utitur eisdem qualitatibus: quibus instrumen
ta afficiuntur/afficitur. atq̃ hoc quidē in sensoriis om/
nibus argumento uno probatur:q̃ cum uehemens sen
sile uerbigratia uehemēs aliquis strepitus auditum icit:
aut nimius splendor oculos accessit: aut quid graui/
us olens accidit naribus remissi præterea et modici so/
nores colores/odores persentiri non possunt:quia ob/
sessus obtentusq̃ maiore ui sensus proindeq̃ occupa/
tus/nouum hospitem non potest admittere:sed exclu/
dit. Contra intellectus siquid excellentius cōmentatus
contemplatusq̃ fuerit:non ideo minus aut deterius hu
miliora et inferiora cognoscit:sed probius et melius. ita
fit ut intellectus ab omni corpore abstractus abiunctusq̃
habeatur. Cæterum si quis nobis uitio ad scribat:q̃

E

33

Themistii uerbis: seu hermolai qui illa donauit latinita te/usui fuerimus: sciat is nos furti siue mutuationis mi nime pudere: tanta est enim illorum apud me auctori tas: tantaq; sermonis grauitas et uenustas: ut utriusuis ore loqui exoptem: q̄ cum aliis plerisq; deblacterare.

Complura præterea inditia ad idem habentur: prin cipio quoniam anima rationalis temporariis imperat: neq; sensuum illecebris capitur non congruit: ut tem poraria existat. Item quoniam post multiplicē ultro ci troq; corrogatis ratiōibus discursum: liberā afferre sen tentiam consueuit: par est ut libera et a materia immu nis constet. Ad hæc quia abiuncta illa et celestia numi na contemplamur: res uero materiales conceptu quodā abstracto dignoscimus: discrepat profecto hanc uirtutē quæ hoc præstat interituram existimari: cū præsertim ī hac uita animus tanto perfectior habeatur: quanto ma gis a materiæ cōfinibus quod q̄dē et ipse assiduo quærit separetur neq; enim uerisimile fit: ut id pergat: quod si bi exitiabile accidat. at uero si huiusmodi separatione a sensibus/perficit: quomodo in discessu illo: quæ mors uulgo nuncupatur/cladem exitiūq; patietur? Deniq; cū unus homo uotis et sacrificiis maxime ī deum referat: dissentaneum utiq; et curæ diuinæ abhorrens uidetur: si eundem ei finem: quem et cæteris animantibus natu ra iniunxisset: Etenim perfectissimum hoc animal: uel

propter animi inquietudinem: uel propter corporis imbecillitatem: uel propter utrumque omnium infelicissimum euaderet. Nostris igitur animis ab hoc carcere commigrãtibus lux aliqua supersit oportet: qđ quidem et antiquorum testimonio perdocti sumus: qui ubiq; gentium animi immortalitatem asseruerunt: præquam plebeos illos et despicatissimos philosophantes uel qđ cum ueniæ pfatiõe dixerim somniãtes potius. Nãq; et Alexander aphrodiseus: nostræ animæ partem sempiternã impatibilẽ et separabilem concessit. Postremo quoniá apud omnes nationes hæc spes: et cura perpetuæ illius uitæ gnaris pariter atq; ignaris inhæret: q̃ maxime exorbitat naturale desiderium allucinari ac decipi. Possent præterea ad nostram de anima assertionẽ infiniti loci etiamnum grauissimi et efficacissimi corrogari. Verum: ex his. quæ tumultuario intellectu delibauimus nostri generis imortalitatem satis ꝓbatam ducimus. Proximum nunc ab his est lucretiana argumenta dissoluere: uti promissa præstemus: ob pignoratamque fidem reluamus.

Responsio ad Lucretii argumenta.

i Nter Lucretiana cauilla illud primo: ut dissoluamus occurrit: ꝙ arguit animum natiuũ et occiduum haberi quia simul cum corpore functiones exerceat: et ad ualentiam eius inualentiamq; uires animi crescãt atq; decrescãt. Sed huic facile occurritur.

34

Namq; obmissis animalium stirpiumq; animis quæ si-mul cum corpore generantur et occidunt quam nos ob-tinemus immortalis quidem atq; indiuidua secundum substātiam constat. at functiones diuiduas. et subsitas tempori sortitur: quia scilicet et sensibus et uisis quodā responsu dependeant. Nam quamdiu anima ipsa cor-pore cohibetur nihil utiq; citra imaginationem ac sen-sum intelligit: quibus turbatis præpeditisue: intellec-tus operam immutari necesse est. non igitur commeat quia ad augumentum decretionemq; corporis seu fir-mitatem et ualitudinem animi functiones aliter atq; ali-ter sese habent: ipsum a membris: quæ exornat consti-tui et dependere: id enim illi non perse: uerum ex acci-denti contingit. Cæterum q asseruisse confidit Lucre-tius mentis mortalitatem: quoniā nihil sine corpore ico-hat et absoluit: assecutus quidem illud foret ni migrā-tes hominum ex hac uita mentes: abstracta illa et sempi-terna numina intuerentur: quod sane nulla ope corpo-ris pstat. q uero cecinit/perridiculum esse uideri: expec-tare immortales mortalia membra. huic respondemus fatorum lege ad explendam scilicet uniuersi seriem cre-ari animas: nostrisq; isinuari corporibus: Nam cum for-mæ sint: quæ et substantia et functione a materia abiūc-tæ sint: ac rursus: quæ utroq; imersæ expostulat rerū or-do: uti quæpiam essentia indiuiduæ habeant: operatio-ne uero diuiduæ. cuiusmodi quidem anima nostra exi-

ſtit. Rurſus q͠ ait ſi animus nobis immortalis haberetur non fore: ut ipſe in diſceſſu Tam miſerabiliter conque/ratur: profecto quãuis permulti extiterint: qui quidem cum ſeparatam illam animi ſublimitatem ad ea cogno/ſcenda traducerent: quæ ſunt a corpore corporeiſq; re/mota tũc penitus cupierũt uita diſcedere: attamẽ ſi qua ex parte mors homini moleſtiæ ac dolori ẽ: ideo accidit: quoniam quæ in nobis immortalis anima eſt: ſenſitiuã facultatem: quom corpus ingreditur/procreat: et ipſam interire egre fert: ut oĩs cauſa effectus ſui obitus miſere/tur. Quom porro quærit Lucretius rationem: cur ani/ma. nequit in putri languidoue corpore obmanere: id ei reſcribendum poſſe quidem animas illic reſtitare: ue rum cum membra: quæ exornabant: materiæ inconſtan tia ac pugna adeo affecta fuerit: ethereas ſedes ſuamq; patriam remeant: ut illic æuo ſempiterno fruantur. po/ſtremo: quod ille improbat poſſe ex æterno atq; cadu/co naturam unam communiri: ita occurrimus fatentes quidem non poſſe ex mortali ſempiternoq; unum con fieri ſempiterno inquam tam ſubſtantia: q̃ functione quod genus eſt celeſtes anime: et mentes omnino a ma teria abiunctæ: quod etiam primo metaphiſices uolumi ne docuit Ariſtoteles: quom contra platonis ideas inue heretur: ait enim incongruum eſſe æternum temporalis rei principium ſeu formam conſtare: at uero nullatenus ex æterno ſubſtantia: ſed operatione temporario ac di/

35

uiduo quippiam coalescere incongruit. Opationē in anima non æternam Platonico more asserimus: quoniam scilicet non sine tempore temporariisq; rebus absoluitur. Atq; hac quidē fini de anima edocuisse sit satis. neq; me animi fallit: posse hæc lōge disquisitius et uberius pertractari. Verum si consumatum quodpiam de animi īmortalitate opus: Lucretianæ paraphrasi iniūxissemus: nil secius foret: q̄ dissultātibus adeo disparibusq; membris corpus aliquod ꝑpagasse. Laus Deo.

Raphaelis Franci Florentini artium et Medicinæ scolastici appendix de Animi immortalitate explicuit.
Impressum Bononiæ per Ioannē Atoniū Platonidē Benedictorū Ciuē bononiēsem
Anno domini. M.D IIII.
Die uero .xvi. Mensis Septembris.

	.ii.	.iiii.	.iiii.	iii.	.iii.	.ii.
Regestum.		A	B	C	D	E

Aliqua castigata carptim. In folio tertio legit. Cõmu/nissimis argumentis. lege cõmunitissimis. In .a. pagina prima lege a nihilo lege e. In quarto fo. b. legitur cũ e f. simul lege cũ. a b. paulo infra legit. ad uniuersi par tes ut ipse putat extremas. lege ad quas uniuersi partes ipse putat extremas. Item paulo infra legit. Nã si lege. Quod si. fo. tertio pagina secunda legitur plus media parte, lege plus altera parte.



36

I'

I^m

I

134